

aeterne Deus. Qui corporali jejunio vitia comprimis, mentem elevas, virtutem largiris et praemia, per Christum Dominum nostrum. Per majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Coeli coelorumque virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti jubeas, deprecamur, supplici confessione dicentes: Sanctus.

### Communio

Ierúsalem, quæ ædificátur ut civitas, cuius participatio eius in idípsum: illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini, ad confiténdum nómini tuo, Dómine. (Ps 121:3-4)

1. Lætátus sum in eo, quod dixerunt mihi: In domum Dómini íbimus.
2. Stantes jam sunt pedes nostri in portis tuis, Jerúsalem.
3. Quia illic sedérunt sedes ad iudícium, sedes domus David.
4. Rogáte, quæ ad pacem sunt Jerúsalem: Secúri sint diligéntes te!

### Postcommunio

Da nobis, quaesumus, miséricors Deus: ut sancta tua, quibus incessanter explémur, sincéris tractémus obséquiiis, et fidéli semper mente sumámus.

Dieve. Kuris kūnišku pasninku ydas sutramdai, sielą pakylėji, tvirtybę ir dovanas dosniai dalini per Kristų mūsų Viešpatį. Dėl Tavo didybės šlovina tave Angelai, garbina Viešpatystės, dreba Galybės. Dangūs ir dangų kunigaikštystės, o taip pat ir palaimintieji Serafimai bendrai džiūgaudami tave šlovina. Liepk, prašome, kad tarp jų būtų priimti ir mūsų balsai, su nuolankiu išpažinimu sakantys: Šventas.

### KOMUNIJA

Į Jeruzalę, kuri pastatyta kaip miestas, kurio dalys sulietos jame pačiame – būtent ten kopė minios, Viešpaties minios, išpažinti tavą vardą, Viešpatie. (Ps 121:3-4)

1. Apsidžiaugiau tuo, kas man pasakytą: į Viešpaties namus eisime.
2. Štai jau įkėlėme koją – stovime tavo vartuose, Jeruzale!
3. Nes ten pastatyti teismo sostai, Dovydo namų sostai.
4. Melskitės už Jeruzalės gerovę: „Tebūna saugūs, kurie tave myli!

### POSTKOMUNIJA

Prašome, gailėstingasis Dieve, suteik mums, kad tavuosius šventuosius sakramentus, kuriais nepaliaujamai esame sotinami, nuoširdžiais atsidavimais brangintume ir visada ištikima siela priimtume.



# Proprium Missæ DOMINICA IV QUADRAGESIMÆ IV GAVĖNIOS SEKMADIENIS



### Introitus

Lætáre, Ierúsalem: et convéntum fácite, omnes qui dilígitis eam: gaudéte cum lætítia, qui in tristítia fuístis: ut exsultétis, et satiémini ab ubéribus consolatiónis vestræ.

Ps. Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. (Is 66:10 et 11; Ps 121:1)

### Collecta

Concéde, quaesumus, omnípotens Deus: ut, qui ex merito nostræ actiúnis affligimur, tuæ grátiaē consolatióne respirémus.

### Epístola

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Gálatas (Gal 4:22-31)

**Fratres: Scriptum est: Quóniam Abraham duos filios habuit: unum de ancilla, et unum de líbera. Sed qui de ancilla, secúndum carnem natus est: qui autem de líbera, per repromissionem: quæ sunt per allegóriam dicta. Hæc enim sunt duo testaménta. Unum quidem in monte Sina, in servitútem génerans: quæ est Agar: Sina enim mons est in Arábia, qui coniúctus est ei, quæ nunc est Ierúsalem, et servit cum filiis suis. Illa autem, quæ sursum est Ierúsalem, líbera est, quæ est mater nostra. Scriptum est enim: Lætáre, stérilis, quæ non parit: erúmpe, et clama, quæ non párturis: quia multi filii desértæ, magis**

### INTROITAS

Džiaukis, Jeruzale, ir sueikite visi, kurie ją mylite; džiaukitės, kupini linksmumo, kurie liūdesyje buvote, kad šokinėtumėte iš džiaugsmo ir būtumėte pasotinti jūsų paguodos krūtų.

Ps. Apsidžiaugiau tuo, kas man pasakytą: į Viešpaties namus eisime. (Is 66:10 ir 11; Ps 121:1)

### KOLEKTA

Prašome, visagali Dieve: suteik, kad mes, kurie esame pelnytai slegiami savųjų veiksmy, alsuotume tavosios malonės paguoda.

### EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Galatams (Gal 4:22-31)

Broliai, juk parašyta, kad Abraomas turėjo du sūnus: vieną iš vergės, o kitą iš laisvosios. Bet vergės sūnus buvo gimęs pagal kūną, o laisvosios – pagal pažadą. Tai pasakytą perkeltine prasme: tos dvi moterys – tai dvi Sandoros. Viena prie Sinajaus kalno sudaryta, gimdanti vergystei: ją reiškia Hagara. Hagara – tai Sinajaus kalnas Arabijoje; ji atitinka dabartinę Jeruzalę, nes šioji vergauja su savo vaikais. Bet aukštybių Jeruzalė laisva, ir ji yra mūsų motina, nes parašyta: „Pralinksmėk, nevaisingoji, kuri negimdei! Šūkiau ir džiūgauk, nepažinusi kentėjimų! Nes apleistoji turi daug vaikų, daugiau negu turinčioji vyrą.“ Jūs, broliai,

quam eius, quæ habet virum. Nos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filii sumus. Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum: ita et nunc. Sed quid dicit Scriptura? **Eiice ancillam et filium eius: non enim heres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque, fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberavit.**

### Graduale

**Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus.**

**V. Fiat pax in virtúte tua: et abundantia in túrribus tuis. (Ps 121:1, 7)**

### Tractus

**Qui confidunt in Dómino, sicut mons Sion: non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Ierúsalem.**

**V. Montes in circúitu eius: et Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc et usque in saeculum. (Ps. 124:1-2)**

### Evangelium

*Sequéntia sancti Evangélij secundum Ióannem (Ioann 6:1-15)*

**In illo témpore: Abiit Iesus trans mare Galilaeæ, quod est Tiberiádis: et sequebátur eum multitúdo magna, quia vidébant signa, quæ faciébat super his, qui infirmabántur. Súbiit ergo in montem Iesus: et ibi sedébat cum discípulis suis. Erat autem próximum Pascha, dies festus Iudæórum. Cum sublevásset ergo óculos Iesus et vidísset, quia multitúdo máxima venit ad eum, dixit ad Philíppum: Unde emémus panes, ut mandúcent hi? Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciébat, quid esset factúrus. Respóndit ei**

esate pažado vaikai nelyginant Izaokas. Bet kaip tada gimusis pagal kūną persekiojo gimusį pagal dvasią, taip ir dabar. O ką gi sako Raštas? – „Išvaryk vergę ir jos sūnų, nes vergės sūnus negaus palikimo kartu su laisvosios sūnumi.“ Štai kodėl, broliai, mes nesame vergės vaikai, bet laisvosios. Per išlaisvinimą, kuriuo Kristus mus padarė laisvus.

### GRADUALAS

Apsidžiaugiau tuo, kas man pasakytą: į Viešpaties namus eisime!

V. Tebūna ramybė tavo stiprybėje ir gausa tavo bokštuose. (Ps 121:1, 7)

### TRAKTAS

Kas viliasi Viešpačiu, yra kaip Siono kalnas: nebus pajudintas per amžius, kas gyvena Jeruzalėje.

V. Kalnai jos apsuptyje ir Viešpats savosios tautos apsuptyje – nuo dabar iki amžių pabaigos. (Ps. 124:1-2)

### EVANGELIJA

*Šventosios Evangelijos pagal Joną tęsinys (Jn 6:1-15)*

Anuo metu, Jėzus nuvyko anapus Galilėjos, arba Tiberiados, ežero. Jį lydėjo didelė minia, nes žmonės matė stebuklus, kuriuos jis darė ligoniams. Jėzus užkopė į kalną ir ten atsėdė kartu su mokiniais. Artėjo žydų šventė Velykos. Pakėlęs akis ir pamatęs, kokia daugybė pas jį atėjusi, Jėzus paklausė Pilypą: „Kur pirksime duonos jiems pavalgydinti?“ Jis klausė mėgindamas jį, nes pats žinojo, ką darysiąs. Pilypas jam atsakė: „Už du šimtus denarų duonos neužteks, kad

**Philíppus: Ducentórum denariórum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque módicum quid accípiat. Dicit ei unus ex discípulis eius, Andréas, frater Simónis Petri: Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeáceos et duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dixit ergo Iesus: Fácite hómines discúmbere. Erat autem fænum multum in loco. Discubuérunt ergo viri, número quasi quinque mília. Accépit ergo Iesus panes, et cum grátias egísset, distríbuit discumbéntibus: simíliter et ex píscibus, quantum volébant. Ut autem impléti sunt, dixit discípulis suis: Collígite quæ superavérunt fragménta, ne péreant. Collegérunt ergo, et implevérunt duódecim cóphinos fragmentórum ex quinque pánibus hordeáceis, quæ superfuérunt his, qui manducáverant. Illi ergo hómines cum vidísset, quod Iesus fécerat signum, dicébant: Quia hic est vere Prophéta, qui ventúrus est in mundum. Iesus ergo cum cognovísset, quia ventúri essent, ut ráperent eum et fácerent eum regem, fugit íterum in montem ipse solus.**

### Offertorium

**Laudáte Dóminum, quia benígnus est: psállite nómini eius, quóniam suávis est: ómnia, quæcúmque vóluit, fecit in coelo et in terra. (Ps 134:3, 6)**

### Secreta

**Sacrificiis præsentibus, Dómine, quaesumus, inténde placátus: ut et devotióni nostræ proficiant et salúti.**

### Præfatio de Quadragesíma

**Vere dignum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens,**

kiekvienas gautų bent po gabalėlį“. Vienas iš mokinių, Simono Petro brolis Andriejus, jam pasakė: „Čia yra berniukas, kuris turi penkis miežinės duonos kepaliukus ir dvi žuvis. Bet ką tai reiškia tokiai daugybei!“ Jėzus tarė: „Susodinkite žmones!“ Toje vietoje buvo daug žolės. Taigi jie susėdė, iš viso kokie penki tūkstančiai vyrų. Tada Jėzus paėmė duoną, sukalbėjo padėkos maldą ir davė išdalyti visiems ten sėdintiems; taip pat ir žuvų, kiek kas norėjo. Kai žmonės pavalgė, jis pasakė mokiniams: „Surinkite likusius kąsnelius, kad niekas nepražūtų“. Taigi jie surinko ir iš penkių miežinės duonos kepalėlių pripylė dvylika pintinių gabaliukų, kurie buvo atlikę nuo valgiusiųjų. Pamatę Jėzaus padarytą ženklą, žmonės sakė: „Jis tikrai yra tas pranašas, kuris turi ateiti į pasaulį“. O Jėzus, supratęs, kad jie ruošiasi pasigriebti jį ir paskelbti karaliumi, vėl pasitraukė pats vienas į kalną“.

### OFERTORIUMAS

Šlovinkite Viešpatį, nes Jis geras, giedokite giesmę jo vardui, kurį mylime. Visa, ko tik Jis nori, tą Jis daro danguje ir žemėje. (Ps 134:3, 6)

### SEKRETA

Viešpatie, šiomis aukomis permaldautas, medžiame, atkreipk dėmesį į mus: kad šios aukos mūsų pamaldumui, ir išganymui pasitarnautų.

### GAVĖNIOS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, mums visada ir visur tau dėkoti, šventasis Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis